

di patris: sed ipse quoque spiritus. Illud est confessus oraculum:  
ipse spiritus gratiam esse testatus est dicens: Si ergo eandem  
gratiam illis concessit deus sicut et nobis: ego qui fera  
qui possim prohibere deum? Spiritus ergo sanctus est. qui nos ab  
illa gentili est luvione mundavit. In illis enim gene-  
ribus quadrupedum & ferarum & uolucrum. figu-  
ra erat conditionis humane: que ferarum modo.  
bestialem uideatur induta sententiam. nisi spiritus sancti ficiati-  
one mitescat. Bona ergo gratia. que ferinam  
rabiem. spiritu atque simplicitate commutat. Cram  
enim & nos aliquando inscienter increduli. erran-  
tes: seruientes desideriis & uoluptatibus uariis. Nunc  
autem per uelationem spiritus: heredes christi. angelorum esse coe-  
pimus coheredes. Itaque spiritu uidentis sancti propheta dauid.  
ex feris nos similes futuros esse celestium. Increpa in-  
quit fera siluae: Siluam uidelicet significans non  
ferarum fragoribus cursibus: nec bestiarum gemitibus  
inhorrentem: sed illam siluam de qua scriptum est.  
Inuenimus eam in campis siluae: In qua sicut dixit  
propheta: iustus ut palma florebit. & uelut ce-  
drus que in libano est multiplicabitur. Illa silua.